



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. X. Respublicae liberae Veneta, Genuensis, Lucensis, & Ragusina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

*Parma.*

PARMA & Placentia Ducem habent ex gente Farnesia, beneficio Pauli III. Papæ. Vtriusque vrbis Episcopi suffragantur Archiepiscopo Bononiensi, vt & Episcopus Burgi S. Domnini, in ditione Parmensi, per Clementem VIII. constitutus.

## CAPVT X.

RESPUBLICAE LIBERAE, VENETA,  
Genuensis, Lucensis, & Ra-  
gusina.

*Venetia.**Genua.*

IN Italia tres sunt Respublicæ liberæ, *Veneta*, *Genuensis* & *Lucensis*, & vna trans mare Adriaticum, *Ragusina* scilicet, in Dalmatia. Omnium vetustissima ac potentissima est *Veneta*: ponè sequitur *Genuensis*, quæ (vt & *Lucensis*) nominis Hispanici est studiosissima; vt è contra Veneti Gallis sunt addictissimi. *Ragusini*, moribus & lingua Italici similes, partim armis, partim annuâ pensione Turcis præstari solitâ, libertatem tuentur.

*Luca.*

Luca Episcopum habet Apostolicæ Sedis immediatè subiectum, qui in sacris ius habet Pallio vtendi.

*Ragusin.*

Ragusium, olim Epidaurus, iacet in Dalmatia, ex opposito Italiæ, & habet Archiepiscopum: cui suffraganei sunt Episcopi Stagnensis, & Tribuniensis, (quæ sunt opida eius-

eiusdem Reipublicæ) item Marcatensis, Ronenensis, Garzalenfis, Stephanensis, & Curzolenfis.

## CAPVT XI.

ECCLESIASTICA APVD  
*Venetos gubernatio.*

**S**ub ditione Reipublicæ Venetæ duo sunt Patriarchæ, Venetus, qui Gradensî successit, & Aquileiensis: item quatuor Archiepiscopi, Spalatensis, Iaderensis, Corcyrensis & Candiensis. Quot singulis Episcopi sint suffraganei, ex subiuncta syllabo patebit.

VENETVS PRIMVM EPISCO-  
pus anno 772. ab Adriano Papa, post ab Eugenio IV. an. 1350. Patriarcha creatus.

*Venetia.* Huic sunt Episcopi  
suffraganei,

Clodiensis.

*Chioza,* insula.

Torcellensis.

*Torzello,* insula.

AQVILEIENSIS PATRIAR-  
cha, in opido Vtinenfi residet. *Aquilegia.*

*Vdene.* Huic subsunt,

Comensis in Ducatu Mediolanensi. *Como,*  
Plinij vtriusque patria.

C 2

Vero-